

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

Sicut de oppo^sito iustitia, & fm hoc avarus d^f qui recipit vel retinet aliena contra debitum iustitia, liberalitas enim opponit non avaritiam, sed liberalitatem, ut patet in 4. Ethico, & huic etiam consonat auctoritas Chrysostomi inducta, & cuam id, quod dicitur Ezech. 22. Principes eius in medio eius quas si lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & auare lucra seftanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod August. ibi loquitur de avaritia communiter dicta, & similiter dicendum ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, q^{uod} habere specialiter dicimus possessiones, quarum omnino Domini sumus, unde cum Tullius dicit, quid avaritia est inordinatus amor habendi, proprie intelligendum est secundum quod dicimus habere possessiones.

AD QUARTVM dicendum, q^{uod} obiecit illa proposit de avaritia secundum q^{uod} opponitur iustitia. Iustitia enim medium inter superfluum & minimum: sed non est medium inter duas malitias, sicut alia virtutes, vt dicitur in 5. Ethico. Sed quod aliquid superabundet in accipiendo vel retinendo ultra debet in iustitia, malitia quædam est, & ad avaritiam pertinet. Quod autem alius minus habeat quam sibi debeatur, hoc non est iniustum facere: sed iniustum pati, quod magis est pœna, quam culpa, & secundum hoc avaritia opponitur alii peccato.

AD QUINTVM dicendum, quod avaritia pertinet ad omnia peccata non sicut genus, sed sicut radix, & principium: & ideo ex hoc non potest concludi, quod avaritia sit generale peccatum: sed quod sit generalis quædam causa peccatorum.

AD SEXTVM dicendum, q^{uod} quædam acquiruntur pecunia, qua sunt fæm cædēm appetibilita, sicut & pecunia, inquantu. s. sunt utalia ad necessitatē viri: ut etiā omnia illa, qua possessiones dicuntur, sub pecunia nomine includantur, & sunt materia avaritia specialiter dicta. Quæda uero sunt, q^{uod} possunt acquiri per pecuniā, & tñ habent aliam rōne appetibilitatis, & ista pertinent ad alia uita specialia, sicut sublimitas honorum qua pertinet ad ambitionem, & prauitas laudis qua pertinet ad inanem gloriam, & delectatio ciborum qua pertinet ad gaudium, & ueneriorum, qua pertinet ad luxuriam.

AD SEPTIMVM dicendum, q^{uod} avaritia opponit iustitia & liberalitatem, & fm diuerter acceptioe: charitati vero opponit sicut & quodlibet peccatum mortale, inquantum constituit finē in bono creato.

AD OCTAVVM dicendum, q^{uod} spiritualia bona non sunt retinenda: sed communicanda. Non est idem modus habendi aut communicandi ea, sic ut habetur uel communicantur possessiones, unde non pertinent ad avaritiam proprie dictam.

ARTICVLVS II.

Vtrum avaritia sit peccatum mortale.

SECUNDUO queritur, vtrum avaritia sit peccatum mortale, & uidetur q^{uod} sic. Nihil enim excludit a regno Dei, nisi peccatum mortale: sed avaritia excludit a regno Dei, d^f enim Eph. 7. Omnis fornicator, aut immundus aut avarus (quod est idolorum servitus) non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. ergo avaritia est peccatum mortale.

¶ 1 Præt. O^re peccatum q^{uod} contrariatur charitati, est mortale: quia per charitatem est uita animæ fm illud 1. Ioan. 3. Si quis diligit seculum, nō est perfecta charitas patris in illo: sed avaritia contrariatur charitati. Dicit n. Aug. in lib. 8. 3. Quæstionum, quod vene-

A num charitatis est cupiditas, ergo avaritia qua est idem cupiditas, est peccatum mortale.

¶ 3 Præt. 1. Ioan. 2. d^f. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo: sed avaritia ex inordinato amore mundi p^{ro}cedit. ergo avaritia excludit ab homine charitatem Dei, & ita est peccatum mortale.

¶ 4 Præt. Illud quod contrariatur iustitia, videtur esse peccatum mortale, eo q^{uod} iustitia habet rationē debiti quod cadit sub præcepto: sed avaritia contrariatur iustitia, reseruat enim aliqua qua possunt cedere in utilitatem proximorum. Dicit enim Basilius, Est panis famelici quem tu tenes, nudi tunica quam conservas, indigentis argenteum quod possides. Quocirca toti in iuris, quo exhibere valeres, ergo avaritia est peccatum mortale.

¶ 5 Præt. Donum Dei est aliq^d p^{re}ceclius virtute: sed avaritia opponitur cuiqd^d dono Dei. s. pietati, vt in glo. Luca 2. Ergo avaritia est peccatum mortale.

¶ 6 Præt. Peccatum mortale est auersio a bono incommutabilis, & conuersio ad commutabile bonum: sed hoc maxime est in avaritia, qua est inordinatus appetitus commutabilis boni. ergo avaritia est peccatum mortale.

¶ 7 Præt. Illud quod deprimit mentem ad terrena, vt ad superiora nō possit cōsurgere, v^r esse peccatum mortale: sed avaritia est huiusmodi. Dicit enī Greg. 13. Moralium, q^{uod} avaritia mentem quam inficerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda iubilimia attollit non possit. ergo avaritia est peccatum mortale.

¶ 8 Præt. Infanabilitas est conditio grauissimi peccati: Nam peccatum in spiritum sanctum, quod est grauissimum, irremissibile dicitur: sed avaritia est infanabilis vt Philos. dicit in 4. Ethico. ergo avaritia est peccatum mortale, & grauissimum.

SED CONTRA est, quod d^f 1. ad Cor. 3. super illud, Si quis ædificauerit super hoc fundamentum &c. dicit glossa q^{uod} lignum, fenum, & stipula sunt superædicificat, qui cogitat quæ mundi sunt: quomodo mundo placeat, quod ad peccatum avaritiae pertinet: sed per hoc nō significatur peccatum mortale, sed veniale: subditur enim quod saluus erit, sic quasi per ignem. ergo avaritia nō est peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Avaritia pdigilitati opponitur: sed pdigilitas ex genere suo nō est peccatum mortale. ergo neque avaritia, cum contraria sunt in eodem genere.

¶ 3 Præt. Ad avaritiam proprie pertinet superflue temporalia congregare: hoc autem nō semper est peccatum mortale, cum non contrarietur aliqui præcepto. ergo avaritia nō est peccatum mortale.

¶ 4 Præt. Non accipere aliena v^r esse laudabile: sed quandoque avari nolunt accipere aliena, vt Philos. dicit in 4. Ethico. ergo avaritia quandoque non est malum, & per conlequens nec peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, q^{uod} sicut dictum est, avaritia d^f dupliciter. Quandoque enim sumitur secundum q^{uod} est opposita iustitia, & tunc semper est peccatum mortale: nisi forte propri imperfectiōnem actus, vt supra de alijs virtutis dictum est. Sic, n. ad avaritiam p^{ro}tinet accipere, vel retinere aliena iniuste, & hoc semper est peccatum mortale: primi tamē motus in hoc genere nō sunt peccata mortalia. Aliquando vero sumitur avaritia secundum q^{uod} opponitur liberalitati, quan Philos. in 4. Ethico liberalitatem nominat, & tunc ad avaritiam pertinet excedere in amore & desiderio pecuniarū, & oīum qua per pecunias acquiri possunt. & sic cum cōmpter lognur de desiderio & amore, non semper est avaritia peccatum mortale.

Basil. i. ferm. ad diuitias ar- uariorū sup il- lud Luc. 12. destru^r hor- rea mea. idē Ambros. in ferm. 8. 1. de- clinando ad finem. Et his que ē illo ca. sparsa finem. ordin. id. collegiis.

L. 4. c. 1. no- minalia p^{ro}cul a fi. tom. 5.

Est Aug. i. li- de fide & or- peric. 15. a te medio. 4.

L. 4. c. 1. non remota a fi- ne, tom. 5.

2. 2. q. 11. 2.

art. 4. art. 5.

ced. q. 5.

ar. 1. & locis

ibi citatis.

L. 2. cap. 1. a.

med. 7. 1.

QVAEST. XIII. DE AVARITIA, PART. III.

Et Augustinus lib. de fide & operibus cap. 16. ante med. tom. 4.

tale. Si autem loquamur de amore & desiderio strix, sic avaritia semper est peccatum mortale. Cum enim amor & desiderium sit boni, bonum autem proprius & principaliter sit finis, id autem quod ad finem ordinatur, non habeat per se rationem boni nisi proper ordinem finis: inde est quod amor & desiderium proprius & principaliter est finis, secundario autem eorum quae sunt ad finem. Si ergo avaritia dicitur amor & desiderium temporalium bonorum, ita quod in eis finis constitutur, avaritia semper est peccatum mortale. Conuersti enim ad bonum creatum sicut ad finem, facit auersionem ab incommunibili bono, quod debet esse ultimi finis, eo quod non possunt esse plures ultimi fines. Sivero avaritia dicitur inordinatus amor, vel desiderium rerum huius mundi communiter loquendo, sic non semper avaritia est peccatum mortale: quia ut habetur in gl. ad Corin. 3. super illud, si quis superadicit &c. quidam adhuc amant secularia, & negotiis terrenis implicati sunt: ita tamen ut cor eorum non recedat a Christo, & nihil Christo proponant.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apostolus dicit, quod ois avarus simpliciter non habeat partem in regno Christi & Dei: sed addit quod est idolatria servitus. Illa enim avaritia a regno Christi & Dei excludit, quae comparat idolatria, eo quod honor Deo debitur exhibet creature, in quantum in temporalibus bonis finem constituit, quod soli Deo debetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod cupiditas extingueat charitatem, est illa quae finem constituit in temporalibus bonis. Illa autem quae in eis finem non constituit, quamvis superexcedat debitum modum, non extinguit charitatem: sed impedit eam in suo actu, & per hoc patet solutio ad tertium.

AD QUARTUM dicendum, quod obiectio illa procedit de avaritia secundum quod opponit iustitiae: non tamen avaritia quae est idem quod illiberalitas, tempore iustitia opponitur, potest enim contingere quod aliquis illiberalis est in hoc, & non dat quod laudabile esset deinde, quod tamē dare non est debitum: vel quia etiam illa quae dat, cum tristitia & parcitate dat. Basil. autem loquitur in calu illo, quando aliquis tenet bona sua pauperibus erogare, pura, cum ei superfluum sit, secundum illud Luc. 11. Quod superest, date elemosynam, & talis est avaritia contrariatur pietati, ut glossa ibidem dicit. Vnde patet solutio ad quintum.

AD SEXTUM dicendum, quod ratio illa procedit de avaritia secundum quod finem in temporalibus bonis constituit, & similiter dicendum ad septimum.

AD OCTAVUM dicendum, quod alio modo est infanibilis avaritia, & alio modo, peccatum in spiritu sanctum. peccatum enim in spiritu sanctum dicitur esse infanibile ex perfecta inhaesione voluntatis ad peccatum. Qui enim peccat per ignorantiam, non eligit peccatum nisi per accidens. Eligit enim, id quod est peccatum: quod tamē nescit esse peccatum. Qui vero peccat per infirmitatem, eligit quod est peccatum per se: sed tamē ex causa de facili transeunte. Igit imperium passionis: sed ille qui ex certa malitia peccat, eligit peccatum ut secundum se appetibile, & ideo talis infanibilitas pertinet ad grauitatem peccati: sed avaritia dicitur esse infanibilis propter conditionem subiecti, quia humana vita continue vergit in defecum. Omnis autem defectus in citatuus est ad avaritiam, propter hoc enim temporalia bona queruntur, ut subueniantur defectibus praesentis vita.

Ad id vero quod primo in contrarium obiicitur,

dicendum, quod obiectio illa procedit de avaritia secundum quod constituit finem in bonis temporalibus, quae inordinate amat vel cupit.

AD SECUNDUM dicendum, quod avaritia finis liberalitas magis opponit virtuti liberalitatis, prodigalitas, ut Philo probat in 4. Ethic. Et ita prodigalitas non ita de facili est peccatum mortale, sed inliberalitas vel avaritia.

AD TERTIUM dicendum, quod congregare tempora bona contra iustitiam, semper est peccatum mortale. unde dicitur Abacuch 2. Vx ei qui multiplicat non sua. Similiter etiam congregare tempora bona, et si non sit contra iustitiam, confundit tamen in eis finem, est peccatum mortale.

AD QUARTUM dicendum, quod non accipere alienum secundum se considerat, non habet rationem peccati sed non accipere ea, quae ab aliis dantur sub habitatione ne ipsiis alii dare cogant, est uniuspeccatum.

A TICULVS III.

Vtrum avaritia sit ultimum capitale.

TERTIO queritur, utrum avaritia sit ultimum capitalle, & videtur quod non, quia avaritia uno modo liberalitatem opponit, ut dictum est, sub libertas non est virtus principialis, ergo neque avaritia ultimum capitale.

¶ 2. Prat. Ultimum capitale scilicet supra dictum est, illud, ex quo alia uitia oriuntur in rationem capitalis: sed hoc non videtur avaritia competit.

¶ 3. Prat. Ultimum capitale est ex quo alia omnia avaritia ex alijs virtutis oritur. Dicit. n. Greg. 3. lib. 11. quod aliquando oritur per elationem, alijs liberas, non moris. Dum enim quidam deficeret sibi atque necessaria timent, mentem ad avaritiam redirent, alii qui dum potentiores videri appetunt, ut alii rerum ambitus succeduntur, ergo non est ultimum capitale.

SED CONTRA est, quod Greg. 3. 1. Moralium contra avaritiam inter uitia capitalia.

RESPON. Dicendum, quod avaritia inter uitia computari debet. Cuius ratio est, quia licet prae dictum est, ultimum capitale dicitur quodcumque aliquem principalem finem, ad quem natum est multa ordinari, & sic secundum originem canalis ex tali uito multa alia oriuntur. Finis totius humanae uitae est beatitudo, quam appetunt: unde in quantum in rebus humanis quid participans quancunque beatitudinem rationem, uere vel appetenter habet principalem quandam in genere finium. Sunt autem tres rationes felicitatis secundum Philof. in 1. Ethic. sit quoddam perfectum bonum, & per se sufficiens & cum delectatione. In tantum autem aliquod numerum uidetur esse perfectum, in quantum exactiam quandam habet, & ideo excellenter uult, se quoddam principaliter appetibile, & tecum hoc superbum vel inanis gloria ponitur inutile tale. In rebus autem sensibilius maxima delicia est circa tactum in cibis & veneris. & ideo plus luxuria ponuntur uitia capitalia. Sufficiens nam temporalium bonorum maxime promittit delicia Boe. dicit in 2. & 3. de Consol. unde est avaritia est inordinatus appetitus diuitiarum, debet ponitum capitale. Cuius ponit Greg. 3. Moralium contra